

# LA GRANDE CHARTE DES LIBERTÉS BRIANÇONNAISES

Transcription du document original conservé aux Archives municipales de la Ville.

Ce texte est issu de la lecture directe de l'exemplaire conservé aux Archives municipales de Briançon (cote ancienne AA5), confrontée avec la transcription faite par Fauché-Prunelle de l'original delphinal conservé aux Archives de l'Isère (cote B 2607, pièce xli (41), folios 170-182v)

Le document de Briançon est un « double original », adressé aux Briançonnais au moment même de la transaction. « ...*lesdits syndics et procureurs, au nom et pour la cause desdites communautés et personnes particulières, ont demandé et réclamé à moi notaire soussigné d'établir un ou plusieurs exemplaires du présent acte public de la même teneur, et autant qu'ils en voudront avoir, afin que les choses contenues audit acte soient à tous manifestes.* »

Cet acte, rédigé en latin, utilise de nombreuses abréviations qui ont été développées. Pour celles qui peuvent poser question, les développements proposés sont notés en italique.

Les parties de phrase illisibles ou peu lisibles (correspondant à d'anciens plis) sont soulignées. La transcription proposée suit alors celle de Fauché-Prunelle.

Pour faciliter la lecture, le numérotage des articles a été introduit de la même façon que dans la traduction.

La traduction a fait l'objet d'une publication, disponible au service des Archives ou au service du Patrimoine.

## Ouvrages cités :

- Fauché-Prunelle : *Essai sur les anciennes institutions autonomes ou populaires des Alpes Cottiennes-Briançonnaises, 1856-1857,*
- *Ordonnances des rois de France de la troisième race septième volume par Mr Secousse ancien avocat au parlement. Paris, 1745.*
- *Transactions d'Humbert dauphin du Viennois...contenant les franchises libertés et privilèges. Grenoble, 1788.*

**1 - In nomine domini nostri Jesus Christi amen. Noverint universi et singuli moderni pariter et futuri quod anno ejusdem domini millesimo tricentesimo quatragesimo tertio indictione undecima die vicesima nona<sup>1</sup> maii pontificatus sanctissimi patris et domini domini**

**2 - Clementis papae Sexti anno secundo cum per illustrem dominum nostrum dominum Humbertum dalphinum Viennensem principem Brianzonesii atque marchionem Sesane matura delliberatione prehabita dudum ut dicitur ordinatum extiterit fieri recognitiones et inquiri dalphinalia jura**

---

<sup>1</sup> Un signe est placé entre *nona* et *maii* qui semble indiquer une lacune (certainement *mensis*). On retrouve ce signe à la ligne 149 pour noter l'absence de *instantibus*.

**3 - per universum Dalphinatum ad que peragenda idem dominus dalphinus certos in bayllivia Brianczonesii commissarios deputavit ipsisque commissariis premissis et procedentibus ad exequutionem predictorum suborta fuerit materia questionis cum universitatibus dicte bayllivie et**

**4 - singularibus personis earumdem super his de quibus habetur mentio in articulis infrascriptis in potiori parte et specialiter ex eo et super eo quod dicte universitates requisite per dictos commissarios universaliter et etiam singulares persone recognoscere particulariter et distincte dalphi**

**5 - nalia jura ipsis quoque universitatibus Brianczonesii et personis singularibus earumdem asserentibus hoc non posse facere nec facere debere nisi modo et forma quibus circa quatuor viginti anni sunt elapsi recognita ipsa jura dalphinalia ut asseritur extiterunt**

**6 - et in libris seu cartulariis dalphinalis curie continetur queque in servitiis dicti domini dalphini de quibus eidem computatur incluse sunt functiones caponum seu gallinarum palee trosse coroate fenatagia et quedam alia descripta et nuncupata in**

**7 - libris vel cartulariis eisdemque redacta asseruntur hactenus et reducta ad certas pecuniarum quantitates et in summis servitorum dalphinalium de quibus in denariis computatur totaliter fuerint atque sunt reducta et redacta dicentibus**

**8 - insuper et asserentibus prefatis universitatibus et ipsarum universitatum singularibus personis gabellam et gabellas que in dicto bayllivatu pro dalphinali parte exiguntur non debere exigi nec etiam levari precipue a personis et incolis dicti bayllivatus cum**

**9 - remissionem totalem ipsarum gabellarum habuerint quondam et obtinuerint ab inclite recordationis domino Johanne dalphino Viennense genitore dicti domini nostri dalphini et ex dispositione ejusdem subsequenter etiam remissionem ipsarum gabellarum habuerint**

**10 - et obtinuerint ab ipsius domini Johannis bone memorie successoribus quamobrem plures pecunie quantitates exsolverunt ut legitimis contineri dicebant documentis. Orta igitur super hiis et aliis quampluribus ex capitulis infrascriptis per assertionem**

**11 - dictorum commissariorum et oppositam negationem dictarum universitatum singularumque personarum ipsarum questionis materia ut prefertur. Hinc est quod in presentia testium et mei notarii publici subscriptorum prefatus dominus Humbertus dalphinus Viennensis ex una**

**12 - parte et nobilis Guigo Lenczonis procurator et syndicus ad infrascripta specialiter deputatus universitatum de Quadratio fidem faciens de procura et potestate suis per quoddam publicum instrumentum receptum ut in eo legitur per Durandum Croseti notarium**

**13 - grossatumque per Franciscum Croseti notarium sub anno presenti et die decimaoctava mensis maii Franciscus Chayssii procurator et syndicus universitatis burgi Brianczonii podiorum et omnium affranchitorum dicti loci de cujus potestate et mandato constat**

**14 - duobus publicis instrumentis altero facto ut in eo legitur manu Francisci Rollandi notarii et alio Brianczonii Galiani notarii confectis sub anno et indictione presentibus et die XVIII hujus mensis maii. Petrus Blanchardi procurator et syndicus universitatis Vallis Pratorum et**

**15 - Montis Jani de cujus procuratione constat publico instrumento facto manu Chabertoni Bauili notarii publici sub anno indictione atque die eisdem Matheus Arsencii procurator universitatis Sancti Theoffredi Boninus Fabri procurator universitatis parochie de Sala de quorum procurationibus et man**

**16 - dato constat duobus publicis instrumentis factis manu Francisci Rollandi notarii sub eisdem anno indictione atque die ; Johannes Pontii de Casseto procurator universitatis parochie Monasterii de cujus procuratione constat publico instrumento facto manu Johannis Magaloni notarii Guigo**

**17 - Fina procurator universitatis Villariorum Sancti Pancratii de cujus procuratione constat publico instrumento facto manu Rodulphi Gineysii notarii Petrus Borrelli procurator universitatis Cervarie de cujus procuratione constat publico instrumento facto manu Johannis Garini notarii Jacobus**

**18 - Chalveti procurator universitatis Sancti Martini de cujus procuratione constat instrumento facto manu Andree Columbi notarii publici Guillelmus Alberti clericus et procurator universitatis castellanie Vallis Pute ut constat quodam publico instrumento facto per manum Petri Graneti notarii publici sub anno**

**19 - indictione et die quibus proxime supra Guigo Reymundi Johannes Boverii et Anthonius Maurelli procuratores universitatis Sesane de quorum procuratione et potestate stare assuerunt publicum instrumentum receptum per Franciscum Fabri notarium Johannes Patrisdon Peyretus**

**20 - Pellicerii procuratores universitatis Ulcii de quorum procuratione esse asserunt receptum publicum instrumentum per Lenczonum Charmini notarium Johannes Chambatort et Gilbertus Robaudi de Salice Cesane ac Petrus filius Johannis Boneti de Salabertano ex parte universitatum Salicis**

**21 - et Salabertani quantum possunt ex parte altera ad transactionem compositionem concordiam declarationem remissionem cessionem et concessionem et alia ac singula infrascripta pervenerunt fecerunt ad invicem et convenerunt sollempnibus stipulationibus intervenientibus prout**

**22 - sequitur infra. 1 In primis videlicet predictus dominus Humbertus Dalphinus Viennensis sciens et spontaneus de jure suo ut dicebat circa hec ad plenum informatus non sine matura et diligenti deliberatione nomine suo et heredum ac successorum suorum**

**23 - universalium ac particularium quorumcumque transigendo declarando et faciendo ut premissum est voluit cessit concessit statuit mandavit ordinavit convenit declaravit et expressit instantibus humiliter et petentibus ac recipientibus sindicis**

**24 - et procuratoribus ac personis superius nominatis nomine personarum universitatum predictarum Brianzonesii et singularum personarum earumdem universitatum presentium et futurarum quod omnes libertates franchisie omniaque privilegia boni usus et bone consuetudines Brianzonesii**

**25 - tam successionum communium quam aliarum rerum universaliter et singulariter perpetuo firmiter custodiantur taliter quod masculi et femine utriusque sexus succedant et succedere possint et debeant in feudis retrofeudis et bonis ac hereditatibus aliis**

**26 - quibuscumque et proximiores in gradu consanguinitatis et in genere succedant et collaterales etiam nobiles et innobiles ascendendo et descendendo ex testamento vel extra vel aliter quoquo modo dispositi vel ordinati. 2 Item quod nulla persona dicte bayllivie**

**27 - pro aliquibus delictis privatis vel publicis et commissis quibuscumque non extrahatur vel extrahi possit de castellania sua vel extra terminos ejusdem nisi ad mandatum bayllivi vel judicis Brianzonesii nec de bayllivia vel judicatura nisi ad mandatum dalphinale**

**28 - vel consilii dalphinalis nisi dum taxat in causis appellationum emissis vel etiam emittendis. 3 Item quod stabilite subsidia charuagia [charnagia]<sup>2</sup> fogagia ulterius non leventur neque exigantur universaliter vel singulariter a personis dicti bayllivatus aliquo perqui**

**29 - sito colore vel mutatis nominibus fraudulenter sed de prenomnatis in suis nominibus prelibatis et aliis quibuscumque pro ipsis subrogatis vel subrogandis quovis colore penitus vel totaliter exempti liberati sint prothinus et soluti. 4 Item quod iudices**

**30 - dalphinales Brianzonesii pro decretis pupillorum et orfanorum mancipatione et aliis quibuscumque ulterius non percipiant nec exigant ultra decem solidos usualis sive curribilis pro tempore monete de quibus etiam ipsi domino dalphino et suis heredibus iudices**

**31 - computare teneantur. 5 Item quod de cetero in redditibus moneta<sup>3</sup> judicaturis et aliis juribus dalphinalibus dictae bayllivae non teneantur persone ejusdem bayllivie solveere nec cogi possint vel exigi valeant ab eisdem nisi dum taxat de moneta**

**32 - dalphinali curribili ad rationem tamen et prout ipsa curribilis moneta dalphinali speciali mandato litterarum fuerint publicata et non ultra ad valorem monete antique ipsi domino Dalphino debite pro talliis et servitiis atque aliis consuetis ; declarans**

**33 - intentionem suam dictus dominus dalphinus in hoc casu quod quotienscumque mandato dalphinali ut supra preconizabuntur et publicabuntur capi et poni duo solidi curribilis monete dalphinalis sicut est moderno tempore pro uno grosso**

**34 - solvantur per subditos debitores et accipiantur per officiales et exactores dalphinales in solutum duo solidi curribilis monete per decem septem denarios bone monete antique et non ultra usque ad debitam et concurrentem quantitatem et hoc idem in**

**35 - telligatur in quocumque gradu processu temporis ipse preconizetur dalphinales monete curribiles pro valore grossi et eodem modo lombardi et alii quilibet creditores sua credita recipere teneantur ab eorum debitoribus dicte bayllivie quibus**

**36 - cumque. 6 Item volens idem dominus dalphinus ejus munificentiam erga fideles suos Brianzonesii predictos et subditos universitatum predictarum et cujuslibet earum**

---

<sup>2</sup> La proximité graphique dans ce texte entre le n et le u fait qu'on hésite entre *charuagia* et *charnagia*

<sup>3</sup> Abréviation difficile à interpréter commençant par *m*, nous proposons *moneta*

**uberiorem et favorabilem exhibere nomine suo suorumque heredum et successorum concessit quittavit et**

**37 - remisit dictis universitatibus et singularibus personis earum universaliter et singulariter dictisque procuratoribus suis et quibus supra nominibus petentibus et recipientibus omnino commissiones omnes et singulas reales personales connexas et annexas quascumque et ex causa quacumque jure**

**38 - vel consuetudine dicto domino dalphino competentia et quoquo modo pertinentia usque ad tempora hodierna nec non omnia delicta de quibus inquisitiones etiam si pendeant in presenti in curia dalphinali Brianczonesii sive non pendeant que tamen non essent definite ex**

**39 - clusis tamen ab hujusmodi remissione et gratia homicidiis latronibus publicis et banitis. Et in super vult dictus dominus Dalphinus concedit disponit et ordinat ad reprimendam officialium rapacitatem quod quelibet universitas dicte bayllivie blada ipsi domino dalphino**

**40 - debita deinceps habeat et sibi retineat universaliter et singulariter prout duxerit ipsa universitas propter ea que secuntur ordinando ita tamen quod pro quolibet sestario bladi predicto assignare et solvere debeat quelibet universitas dicto domino dalphino et suis heredibus et successoribus**

**41 - pretium per ipsum dominum dalphinum juxta verba subsequencia constituendum et ordinandum in pecunia numerata anno quolibet deinceps in festo Purificationis beate Marie vel ante si voluerint universitates una cum talliis comitalibus et generalibus debitis eidem domino**

**42 - dalphino et hoc ita quod inspectis venditionibus bladorum factis secundum dalphinalia computa a viginti annis proxime preteritis citra et computatis majori et minori valentia per dictum xxti annorum terminum comprehendendo universaliter summam grossam quam valuerint per tempus**

**43 - ipsum debeat et teneatur quelibet universitas summam quam comprehendet vicesima pars dicte grosse summe annorum xxti solvere annis singulis in festo predicto domino dalphino supra dicto.7 Item eodem modo secundum ordinationem et declarationem proxime scriptam dalphinalium computorum**

**44 - et ex hiis habita computatione et ratione et majori et minori valentia predicti termini in quantitate adequata eisdem universitatibus dicte bayllivie remisit cessit et concessit dictus dominus dalphinus omnia jura sibi competentia et competitura in laudimiis tertiis trec**

**45 - zenis vincenis placitis seu mutagiis pasqueriis galinis seu caponibus fidantiis retrofidanciis agnis et caseis paschalibus sequelisque eorum et omnibus aliis obventionibus et escheutis de quibus ipsi domino nostro Dalphino solitum est computari pro quantitate contin**

**46 - gente vel comprehendente unum annum ipsi domino dalphino in pecunia assignanda et solvenda perpetuo in dicto festo vel ante ut predictum est quolibet anno ita et taliter quod debita ipsi domino dalphino pro dictis bladis ipsa exigant dicte universitates a debentibus eadem et**

**47 - etiam eodem modo a debentibus temporibus profuturis laudimia tertia treczena vintena mutagia fidancias pasqueragia et sequelam omnium premissorum. 8 Item voluit et eisdem universitatibus concessit quod ipsi inter se et super se ipsas et singulares personas earumdem**

**48 - universitatum non autem super extraneos commune habere et levare possint ac congregare se pro suis necessitatibus et negotiis licitis faciendis ad supportandum omnia supra dicta et subscripta eas tangentia et alia necessaria eisdem. 9 Item quod omnia acquirimenta per ipsum**

**49 - dominum dalphinum heredes et successores suos facienda in illis partibus Brianzonesii debeant sequi et sequantur naturam predictorum et illa que acquiruntur potiantur omnibus indultis et concessionibus supra dictis. Et insuper affectatus dictus dominus dalphinus affectione**

**50 - paternali quibuscumque calamitatibus subjectorum suorum predictorum subvenire ymo potius prevenire considerans ut dicebat quod in recognitionibus per ipsas universitates vel singulares personas dicte bayllivie Brianzonesii de juribus dalphinalibus faciendis et per dalphinales**

**51 - commissarios recipiendis ab eisdem vice ipsius domini dalphini multi possent incidere in *lorationem*<sup>4</sup> ex ignorantia simplicitate vel rusticitate eo etiam quia dicti subditi Brianzonesii nec eorum progenitores a quatuor viginti annis citra proxime retroactis minime recog**

**52 - noverunt vel recognitionem fecerunt ut asseritur multisque aliis modis et causis concurrentibus in premissis voluit concessit statuit et expresse ordinavit prefatus dominus dalphinus quod a modo nunc et in futurum perpetuo sufficiat quod ipse universitates requisite recogno**

**53 - scere recognoscant ea in quibus dicto domino dalphino tenentur sibique et heredibus et successoribus suis tenebuntur et recognoscant quantitates pecuniarum in quibus obnoxie et astrictae sunt acque erunt pro talliis comitalibus seu generalibus et pro servitiis et censibus**

**54 - consuetis ita quod pro predicto censu pretii bladorum memoratorum et etiam laudimiorum tertiorum treczenorum vincenorum placitorum seu mutagiorum pasqueriorum fidantiarum galinarum et aliarum obventionum et escheutarum predictarum qui census pretii predicti ad certam summam**

**55 - pecunie annuatim solvendam dicto domino dalphino et suis heredibus et successoribus ut supra dictum est convertetur absque alia speciali descriptione ulterius facienda vel designanda de rebus et bonis suis et cum generali recognitione hujusmodi deinceps. 10 Item dominus dalphinus**

**56 - voluit convenit et concessit se ipsum heredes et successores suos comptentari ac debere esse comptentos quodque ipse recognitiones fiant per syndicos seu procuratores cujuslibet**

---

<sup>4</sup> La transcription de 1788 voit à ce passage *labirynthum*, et traduit par tomber dans le labyrinthe. Secousse voit *lambruc* et précise qu'il ne sait pas ce que peut signifier ce mot. Nous lisons plutôt *lorationem* ce qui semble plus cohérent avec le sens de la phrase.

**universitatum predictarum electos vel eligendos et habentes super hoc specialiter sufficientem potesta**

**57 - tem et recognoscere teneantur ipsi syndici seu procuratores nomine universitatum et singularum personarum se esse homines ligios dicti domini dalphini heredum et successorum suorum contra omnes alias personas mundi et res atque bona sua tenere a domino dalphino ad servitia predicta**

**58 - taxanda juxta formam predictam secundumque calculum faciendum ut supra dictum est de venditionibus bladorum et aliorum superius declaratorum spatii xxti annorum preteritorum exceptis rebus quas forsitan franchas tenerent vel ab aliis personis legitime atque rite. Preterea idem**

**59 - dominus dalphinus pia consideratione excitatus consideratis etiam ut dicebat statu dicte patrie Brianzonesii et itineris longinquitate et qualitate voluit concessit statuit et ordinavit quod ad mandatum bayllivi dalphinalis Brianzonesii qui pro tempore fuerit omnes et singuli**

**60 - subditi dicte bayllivie vexillum dalphinale atque cavalgatas dalphinales in singulis partibus et per quaslibet partes dicte bayllivie fideliter sequantur et indifferenter pareant prout mandati fuerint vel etiam requisiti extra vero dictam baylliviam per man**

**61 - datum dalphinale quamvis generaliter omnes dicte bayllivie mandati essent vel requisiti mittere et venire teneantur dumtaxat pro et de dicta bayllivia quingenti clientes medietas cum ballistis alia medietas cum lanceis penonis munitis sufficienter**

**62 - et omnes de dicto numero cum propointis gorgeriis bacignetis alberionatis chirothecis fereis plathis seu alberionis maglie competentibus ense cutello et aliis necessariis. Volens statuens et ordinans idem dominus dalphinus quod cuilibet dictorum quingentorum**

**63 - clientum qui venerint extra ipsam baylliviam ut predictum est unus grossus turonensis argenti seu valor singulis diebus quibus extra baylliviam steterint in dalphinali cavalgata pro suis stipendiis et salario solvatur et assignetur per universitates bayllivie**

**64 - ejusdem retinet tamen idem dominus dalphinus quod quotienscumque ipse dominus dalphinus vel ejus heredes et successores vellent habere plures de clientibus dicte bayllivie omnes quos mandare voluerit ad dalphinales cavalgatas venire teneantur**

**65 - dum tamen per ipsum dominum dalphinum heredes et successores suos singulis clientibus dicte bayllivie venientibus ultra dictum numerum quingentorum singulis diebus pro suis stipendiis assignetur dimidius grossus turonensis vel valor pariter et solvatur quamdiu**

**66 - in ipsis steterint cavalgatis et computando a die qua dicesserint ab ospitiis eorundem. Nobilibus tamen et franchiis qui venirent ultra dictum numerum ad dictas cavalgatas per ipsum dominum dalphinum et suos heredes stipendia cuilibet secundum gradum**

**67 - suum equiti pro equite et pediti sicut pro francho pediti. Ceterum ad omnem futurorum temporum ambiguitatem removendam voluit et concessit dictus dominus dalphinus ac expresse ratificavit et confirmavit omnia et singula affranchimenta libertates conven**

68 - tiones et privilegia bonos usus et consuetudines ipsis hominibus et personis dicte bayllivie et singulorum locorum villarum et parochiarum ejusdem universaliter vel singulariter ab ipso domino dalphino vel ejus antecessoribus indulta hactenus concessa vel donata vel admissa etiam et

69 - usitata ita quod de cetero predicte universitates et persone singulares earumdem ipsis privilegiis libertatibus affranchimentis usibus et consuetudinibus et quilibet ipsarum universitatum potiantur et gaudeant pleno jure. 11 Item voluit et expresse concessit dictus dominus dalphinus

70 - pro se et suis ut supra quod homines vel quecumque persone dicte bayllivie presentes vel futuri si clama fiat coram officialibus dalphinalibus dicte bayllivie latam seu datam incurrere non possint sed sint ab inde liberi et ymmunes saltem de debitis gratis

71 - confessatis. 12 Item voluit convenit et expresse concessit statuit et ordinavit dictus dominus dalphinus quod omni anno de cetero et perpetuo in die festi predicti Purificationis beate Marie singulares universitates dicte bayllivie possint et sibi liceat eligere et constituere

72 - sex syndicos manserios procuratores aut alias nominandos vel minus usque ad unum si voluerint pro executione et prosecutione predictorum et pro suis aliis negotiis peragendis in presentia castellanorum dalphinalium quibus ipse universitates suberint vel loca tenentium eorumdem

73 - qui manserii seu procuratores ac syndici constituendi in creatione jurare debeant in manibus castellani sui vel ejus locum tenentis statum et honorem dicti domini dalphini et heredum et successorum suorum observare ac etiam negotia universitatis pro quibus fuerint constituti bene

74 - fideliter et legitime gerere nec non in fine anni cujuslibet ipsis universitatibus fidelem de gestis reddere rationem ita quod qui ex ipsis sindicis reperirentur eo tunc circa dalphinalia jura vel universitatum se habuisse dolose deponi debeant et hac causa depositi ad

75 - hujusmodi officium nullatenus admittantur. Volens etiam et concedens quod unum vel plures ex familiaribus vel servientibus curie dicti domini dalphini habeant singule universitates dicte bayllivie vel alios familiares preterea eligere valeant syndici ipsarum universitatum

76 - homines tamen ligios dicti domini dalphini qui familiares eorum negotia dalphinali autoritate et nomine gerere et facere et dictis sindicis pro rebus et negotiis universitatum parere teneantur. Etiam quod ipsi syndici durante eorum administrationis tempore pro predictis et infra scriptis

77 - rebus debitis domino dalphino et exactione reddituum et aliorum eidem domino dalphino debitorum autoritate tamen dalphinali et tanquam dalphinales maynerii in hoc casu possint quibuscumque penas imponere usque ad quinque vel decem solidos et qui pene hujusmodi non

78 - paruerit eam committat totiens quotiens non curaverit obedire cujus quidem pene medietas dicto domino dalphino heredibus et successoribus suis et alia medietas universitati cujus erunt creati ipsi syndici aplicetur. Et concessit etiam et expresse ordinavit



**79 - quod dicti syndici sub nomine et autoritate dicti domini dalphini preconisationes facere vel fieri facere valeant pro predictis rebus competentibus et competituris universitati a qua fuerint ordinati dans et concedens ex nunc ad in perpetuum dictus dominus dalphinus prefatis**

**80 - universitatibus et cuilibet ipsarum per hujus instrumenti tenorem auctoritatem et licentiam per ipsos syndicos vel familiares imponendi penas levandi et recuperandi omnia et singula faciendi predicta secundum quod superius est expressum. 13 Item voluit convenit concessit et ordinavit dictus**

**81 - dominus dalphinus pro se suisque heredibus et successoribus ut supra quod omni tempore perpetuo quicumque successores ipsius domini Dalphini qui venerint domini novi ad terram predictam Brianconensis teneantur jurare observare et attendere omnia et singula supra dicta ac omnia**

**82 - privilegia et libertates bonos usus et consuetudines universitatum predictarum et cujuslibet earum et quod non teneantur homines ipsarum universitatum ipsis novis dominis futuris homagia prestare donec ipsi novi domini quilibet videlicet in adventu suo hec omnia jura**

**83 - verint et ratificaverint observantiam predictarum. Et etiam officiales dalphinales Brianconensis presentes et futuri et quilibet eorum ad requisitionem dictarum universitatum vel syndicorum et procuratorum singularum ipsarum universitatum antequam ipsi officiales offi**

**84 - cia ulterius exercent et antequam eisdem officialibus obediant jurare teneantur observare omnia in hoc presenti contractu concessa expressa et ordinata per dominum dalphinum supra dictum. 14 Item voluit concessit et ordinavit quod de cetero in**

**85 - dicta bayllivia et singulis locis ejusdem nulle fiant inquisitiones ex officio curie dalphinalis nisi curie denuntietur per partem adversam sive offensam nisi in casibus a jure permissis qui casus sunt hii primo de prodicione et seditione**

**86 - concitata in populo in juribus domini substractis in falso de vulnere ubi cicatrix remanserit in vultu vel membrum fuerit mutilatum vel debilitatum in furto raptu mulieris adulterio et violentia publica et armata et de quali**

**87 - bet percussione facta cum gladio ubi magna sanguinis effusio emanasset. 15 Item concessit voluit statuit et ordinavit quod nulli castellani dicte bayllivie vel vice castellani presentes vel futuri pro quibuscumque litteris sigillandis suis**

**88 - sigillis premium aliquod recipiant presertim cum in comodum vel utilitatem dicti domini dalphini sicut dicitur minime illud premium revertatur. 16 Item concessit declaravit quod quecumque persone dicte bayllivie moderne et**

**89 - future res suas quas tamen franchas habent et habebuerint possint cuicumque voluerint in emphyteosim tradere pro libito voluntatis absque superioris auctoritate vel consensu. 17 Item voluit et concessit quod homines et persone quilibet universitatum predictarum**

**90 - et cujuslibet ipsarum omni tempore deinceps possint et sibi liceat bedalia quecumque facere et levare aquarum et in ripagiis capere absque aliquo introgio vel servicio dicto domino dalphino vel suis successoribus propter ea prestando attento ut dicebat quod**

**91 - sic meliorando possessiones patrie cedit ad comodum ipsius domini dalphini et suorum. 18 Item voluit concessit et ordinavit idem dominus dalphinus quod nullo tempore deinceps officiales quicumque dicti domini dalphini vel successorum suorum vel no**

**92 - biles dicte bayllivie Brianczonesii in nemoribus hominum dicti domini dalphini castellaniarum Brianczonii Quadracii Vallis Pute Sesane Ulcii et quarumlibet aliarum dicte bayllivie aliquathenus scindere possint vel capi facere fustes vel ligna in nemoribus**

**93 - Chavaletarum Pineti Fontanillorum Pinee de Valle Puta vel aliis quibuscumque bayllivie supra dicte attento circa hoc ut dicitur quod scisiones hujusmodi sunt plurimum periculose propter diluvia et ruynas et destructionem ac jacturam itinerum**

**94 - publicorum et de ipsis nemoribus nulli aliquid dare possint et etiam banna nemorum omnium tam nigrorum quam aliorum dicte bayllivie remisit universitatibus supra dictis et singulis personis earumdem presentibus et futuris salvis ipsi domino dalphino suis pen**

**95 - sionibus que fiunt de quibus solitum est computare domino nostro jam dicto. 19 Item voluit concessit statuit mandavit per tenorem hujus instrumenti ac ordinavit dictus dominus dalphinus quod de cetero ad requestam sindicorum universitatum predictorum**

**96 - vel collectorum ab eis vel singulis eorum statutorum castellani dalphinales dicte bayllivie Brianczonesii vel eorum loca tenentes et quilibet ipsorum in sua castellania personas quaslibet nobiles et innobiles compellant et compellere teneantur per captionem pignorum distra**

**97 - ctionem ipsorum ac arestationem personarum si opus fuerit ad solvendum dictis universitatibus et singulis ipsarum tallias quasumque que ipsis universitatibus secundum taxationem faciendam juxta id quod superius de bladis et aliis rebus convertendis ad certam**

**98 - summam pecunie annuatim domino dalphino solvendam descriptum est debebuntur et alia que ipse persone pro predictis deberent universitatibus supra dictis vel singulis earum. 20 Item voluit et concessit quod dicte universitates Brianczonesii et quelibet ipsarum universitatum**

**99 - possint et sibi liceat omnia tangentia ad commune earumdem universitatum et ad ipsas universitates scribi facere per quemcumque scriptorem quem ipse singule universitates duxerint eligendum dum tamen ille notarius eligendus sit homo ligius dalphinalis**

**100 - qui notarius juret in manibus sindicorum universitatis per quam electus fuit vel divisorum ordinatorum ab universitate quod erit semper fidelis domino dalphino et suis et quod fideliter faciet omnia sibi committenda per universitatem ipsam vel syndicos**

**101 - ejusdem universitatis nomine et ex parte hoc que idem voluit jurari et ordinavit in manibus sindicorum per collectores ordinandos. 21 Item voluit et concessit dictus dominus dalphinus quod recognitiones nuper in anno presenti in dicta bayllivia**

**102 - coram commissariis in illis partibus per dictum dominum dalphinum ordinatis et destinatis facte casse sint et nullius a modo efficacie vel valoris. Volens concedens et ordinans idem dominus dalphinus quod si forsan processu temporis per**

**103 - quemcumque venderentur in dicta bayllivia aliqua que teneantur a dicto domino dalphino et per emptorem non significaretur vel notificaretur per unius mensis spatium post emptionem sindicis universitatis penes quam empta erunt**

**104 - nomine dalphinali recipientibus eo casu res ipse committantur et ipsarum rerum sic committendarum medietas domino dalphino et alia medietas universitati aplicentur. 22 Item voluit et concessit quod syndici seu consules dictarum**

**105 - universitatum deboynare restringere et ampliari possint in dicta bayllivia ut eis conveniens videbitur et expedire vias pacega et nemora et quecumque alia communia ipsarum universitatum et singularum personarum earum pro libito absque**

**106 - licentia curie dalphinalis. Quod etiam champerios et bannerios possint eligere et recipere ab eis que eligendis et recipiendis sacramenta recipere sub nomine dicti domini dalphini pro hiis que tangent universitates predictas et exprimendo insuper in hujus modi**

**107 - juramento quod dalphinali curie sint fideles viis tamen regalibus a potestate predicta sibi data pro viis ampliandis vel restringendis ad libitum ut supra dictum est dumtaxat exceptatis in quibus viis regalibus nulli liceat**

**108 - facere novitatem nisi hoc fieret evidenter meliorando. 23 Item quod officiales dalphinales dicte bayllivie moderni vel futuri quamcumque personam dictarum universitatum vel alicujus earum pro quibuscumque delictis per eam ulterius committendis incarce**

**109 - rare non possint nec capere nisi in criminalibus et capitalibus casibus in quibus non essent de jure fidejussoribus relaxandi dum tamen pro ipsis delictis possit ipsa persona que commiserit fide jubere ydonee et cavere. 24 Item concessit mandavit**

**110 - et ordinavit dictus dominus dalphinus quod nullo unquam tempore de cetero officiales aliqui vel nobiles alii quicumque dalphinatus aliquas bestias aventurarium vel aliarum quarumlibet personarum brianzonesii mercatorum vel chamineriorum ejusdem**

**111 - bayllivie Brianzonesii accipere possint nec eis liceat vel detinere pro someriis ad eundem ad aliquas cavalgatas neque ipsos itinerantes brianzonesii aliquathenus fatigare. 25 Item voluit concessit convenit et ordinavit quod ipse idem dominus dal**

**112 - phinus vel heredes et successores sui perpetuo non possint nec debeant dare vel concedere cuicumque persone aliquam libertatem seu immunitatem per quam premissa vel aliqua seu aliquod premissorum valeant in aliquo minui vel**

**113 - mutari aut aliquathenus cohartari. 26 Item concessit et ordinavit quod gaytaria que petitur per scubiam seu gaytam castri dalphinalis brianzonii a personis dicte castellanie totaliter eisdem personis remittatur attento ut dicitur**

**114 - quod inde nichil dicto domino dalphino computatur nec ad suum redundat comodum ymo per ipsum dominum dalphinum dicte gayte salarium debitum assignatur. Et gayta castris dalphinalis quadratii modo solito exigatur ab eadem debentibus**

**115 - nisi velint domino dalphino solvere inde debitam solitamque pensionem quo casu si ita solvere voluerint eo tunc efficiantur a prestatione hujusmodi liberi et ymmunes satisfacto tamen accensatoro de introgio ipsi domino dalphino prestito competenter. 27 Item voluit**

**116 - concessit ordinavit acmandavit et quod officiales dalphinales curie Brianczonesii compellant certas personas que non se affranchiverunt cum afranchitis podiorum que debent sexaginta tres solidos vel circa de tallia comitali ad profitendum et re**

**117 - cognoscendum ipsam talliam et res que tenentur et astricte sunt ad ipsam talliam persolvendam adeo quod in futurum deperire non possint domino nostro dalphino predicto ad quem spectat. 28 Item voluit concessit et ordinavit quod**

**118 - homines dicte bayllivie brianczonesii nullo tempore deinceps per suos officiales dalphinales modernos vel futuros cogi debeant sive possint vel choartari custodire dalphinalia castra dicte bayllivie vel aliqua seu aliquod ex eis nec incar**

**119 - ceratos in ipsis castris nec alibi nisi de ipsorum hominum voluntate nisi tamen in casu arduo evidenti et necessario de quo casu castellanus vel officialis qui hoc fecerit bayllivo et judici dalphinalibus brianczonesii qui pro tempore fuerint fidem**

**120 - facere teneatur et tunc ad expensas ipsius castellani vel officialis aut detempti tunc etiam eligat ipse castellanus vel officialis homines minus occupatos magisque abiles ad dictum officium exercendum nisi tamen dictus castellanus aliud ab**

**121 - ipso domino dalphino habuerit in mandatis de quo mandato per litteras ipsius domini dalphini fidem faciat et tunc etiam magis abiles eligat ad predicta. 29 Item concessit et ordinavit quod nulli quicumque officiales dalphinales dicte bayllivie seu nobi**

**122 - les ejusdem emere possint vel colligere aliquos redditus seu census alicujus ecclesie in castellania quadratii vel alibi in ipsa bayllivia sub pena pro quolibet quinquaginta marcharum argenti fini exceptis illis qui accensaverunt pro tempore accen**

**123 - samenti quibus liceat recolligere per tempus in accensamento contentum de quibus tamen accensamentis constabit per publicum jam inde receptum instrumentum. 30 Item voluit concessit et ordinavit quod illi de Monasterio Brianczonii semper et per**

**124 - petuo habeant ibidem in Monasterio forum septimanis singulis die martis juxta ordinationem contentam in quodam privilegio inde ut dicitur sibi olim concesso per inclite recordationis dominum Johannem dalphinum genitorem dicti domini**

**125 - Humberti dalphini. 31 Item concessit statuit convenit et ordinavit quod nullus quicumque officialis dalphinalis vel castellanus dicte bayllivie penas per ipsum imponendas seu ipsorum mandato personis dicte bayllivie exigere non possint nec exigere facere**

**126 - nisi licentia et cognitione precedentibus iudicis dalphinalis bayllivie predicte. 32 Item voluit et concessit hominibus quibuscumque dicte bayllivie presentibus et futuris et etiam hominibus Beczete quod ipsi homines possint et sibi liceat ire et reddere cum eorum**

**127 - bestiis et mercaturis seu marchandis de cetero et perpetuo versus Avinionem et alibi per quemcumque itinera per eosdem homines eligenda sine impedimento et contradictione aliquibus excepta terra vice comitis de Talardo quam dictus**

**128 - dominus dalphinus excludit a concessione presenti non obstantibus quibuscumque prohibitionibus inhibitionibus et contradictionibus factis per ipsum dominum dalphinum seu officiales quoscumque dalphinales vel etiam faciendis in bayllivatibus Ebredunesii Vapincisii Champisauri**

**129 - seu aliis quibuscumque. 33 Item concessit dictus dominus dalphinus exsequendo ut dicebat testamentum felix memorie quondam dicti domini Johannis dalphini genitoris ejusdem ac expresse quittavit et remisit pro se suis heredibus et successoribus**

**130 - personis quibuscumque dicte bayllivie Brianczonesii extraneis exclusis qui nunc sunt et fuerint in futurum omnes gabellas Brianczonesii de quibuscumque rebus et marchandis seu mercaturis quas habeant sive defferant**

**131 - aut ducant vel duci faciant quoquo modo excepta tantum et expresse reservata ipsi domino dalphino heredibus et successoribus suis perpetuo gabella averis lanuti de quo averi lanuto gabellam solvere teneantur. Non tamen**

**132 - intelligit nec vult idem dominus dalphinus quod ipse persone dicte bayllivie Brianczonesii de vel pro nutritu suo de quo nutritu hactenus ut dicitur nihil exsolverunt pro gabella aliquid solvere teneantur. 34 Item concessit statuit et expre**

**133 - sse mandavit et ordinavit dictus dominus dalphinus quod de cetero perpetuo iudices dalphinales brianczonesii condempnationes facere debeant et proferre in ipso bayllivatu ad dalphinalem monetam pro tempore currentem seu curribilem et non**

**134 - ad aliam monetam. 35 Item concessit et ordinavit quod deinceps notarii curiarum quarumlibet dalphinalium dicte bayllivie brianczonesii solummodo habeant et percipiant pro qualibet libra condempnationum duodecim denarios monete curribilis predicte**

**135 - et non ultra. Preterea idem dominus dalphinus uberiori favore et gratia prosequendo dictos homines suos fideles Brianczonesii voluit statuit et concessit quod omnes homines predicti et quarumlibet universitatum predictarum ex nunc in anthea in per**

**136 - petuum franchi atque burgenses nuncupentur et deinceps prestare habeant homagia eorum osculando dominum dalphinum eorum dominum cui ea prestabunt in anulo vel dorso manus sue sicut franchi non autem in policibus sicut faciunt**

**137 - populares. 36 Versa vice supra nominati syndici et procuratores ac persone universitatum predictarum ipsarum universitatum Brianczonesii et cujuslibet earum ac singularum personarum earumdem presentium et futurarum vice et sindicorum ac procuratorum nomine eoque**

**138 - modo et forma quibus melius potest intelligi de jure vel de facto stipulantes gratisque et reverenter ac solemniter receptis omnibus et singulis gratiis favoribus honoribus donationibus cessionibus concessionibus declarationibus re**

**139 - missionibus conventionibus et aliis superius expressis factis per prefatum dominum Humbertum dalphinum dominum nostrum carissimum modernum ac statutis ordinationibus mandatis et constitutionibus per eum superius etiam declaratis cupientes predicti sin**

**140 - dici procuratores et persone suis et nominibus quibus supra sicut hiis de causis aliisque plurimis et diversis tenentur et confitentur se teneri dicto domino Humberto dalphino in omni qua possent reverentia complacere suis et quibus supra nominibus ac sua**

**141 - sponte et eorum franca atque libera voluntate et de expressa ut dicebant conscientia universitatum predictarum a quibus ut scriptum est superius syndici atque procuratores propterea fuerunt constituti remiserunt cesserunt donaverunt concesserunt tota**

**142 - liter et quitaverunt dicto domino dalphino omne peccatum quod dictus dominus Humbertus dalphinus ac etiam felicium recordationum quondam genitor germanus patruui et alii ejusdem domini dalphini progenitores incurrisse retroactis temporibus**

**143 - apud vel adversus dictas universitates et singulares personas ipsarum universitatum preteritas vel modernas quomodolibet potuerint occasione exactionum quarumlibet factarum ab eisdem personis per dictum dominum Humbertum Dalphinum et predictos ejus progeni**

**144 - tores vel alium eorum vel alterius seu aliquorum ex eis nomine vel mandato pro pedagiis gabellis stabilitis donis subsidiis cavalgatis et aliis quibuslibet exactionibus illicitis ac pro quibusvis dampnis realibus vel corporalibus eis illatis et injuri**

**145 - is ac jacturis pro cursu vel reffortio monetarum regiminibus indiscretis vel excessivis ipsorum officialium et aliis que excogitari possent occasionibus quibuscumque et etiam remiserunt et quittaverunt omnem restitutionem esmendam et satisfactionem**

**146 - que pro predictis aut aliquo predictorum et aliis omnibus que hic exprimi possent essent dictis universitatibus et personis Brianconesii preteritis vel modernis quomodolibet faciende pro omnibus elapsis temporibus usque ad diem hodiernam. Ac etiam dicti syndici et procuratores**

**147 - ac persone quibus supra nominibus convenerunt concesserunt et expresse promiserunt se facturos et curaturos cum effectu ad requisitionem dicti domini dalphini quod dicte universitates et persone singule earumdem si dicto domino dalphino placuerit vel videatur expe**

**148 - dire per se vel per syndicos aut procuratores ad hec et subscripta specialiter deputandos remittent solvent et quittabunt omni modo pura et liberali conscientia atque intima voluntate omnia et singula supra dicta quittata et remissa per syndicos**

**149 - atque procuratores memoratos ac etiam ratificabunt promittent acceptabunt et jurabunt ea que inferius subsequuntur. Et quia etiam prenominatis sindicis procuratoribus et personis suis et nominibus quibus supra [instantibus<sup>5</sup>] convenientibus ac gratis pro**

**150 - gratia recipientibus prefatus dominus dalphinus eisdem quittavit et remisit omnes gabellas Brianzonesii preter gabellam averis lanuti ut supra latius declaratur idem syndici procuratores et persone suis et quibus supra nominibus ex nunc pro in perpe**

**151 - tuo quittaverunt et remiserunt dicto domino dalphino heredibus et successoribus suis eorum spontanea voluntate omne peccatum pro dicta retempta gabella averis lanuti ulterius exigenda quomodolibet incursum. 37 Preterea recog**

**152 - noscentes dicti syndici procuratores et persone quibus supra nominibus beneficia ante dicta impensa et concessa prefatis universitatibus Brianzonesii et singulis earumdem personis ipsisque sindicis procuratoribus et personis vice et eorum nominibus petentibus et recipientibus**

**153 - per dictum dominum dalphinum qui easdem personas dictarum universitatum gratiis libertatibus comodiosis et privilegiis ut predictum est plurimum decoravit hiis de causis prefati syndici procuratores et persone suis et nominibus quibus supra**

**154 - gratis et spontanea voluntate beneque advisi premeditati ut dicebant atque consulti concesserunt dederunt et expresse donaverunt prefato domino Humberto dalphino presenti et sollempniter acceptanti et recipienti pura donatione et**

**155 - irrevocabili duodecim milia florenorum auri justi et legalis ponderis semel quequidem duodecim milia florenorum dicti syndici procuratores et persone suis et nominibus quibus supra convenerunt promiserunt et super sancta Dei evangelia ab**

**156 - eis et quolibet eorum corporaliter manibus suis tacta juraverunt et sub expressa ypotheca et obligatione rerum et bonorum suorum et dictarum universitatum singularumque personarum earum mobilium et immobilium presentium et futurorum per tempus et terminos**

**157 - infrascriptos videlicet infra sex annos proxime et immediate venturos duo milia florenorum scilicet instanti festo purificationis beate Marie et alia duo milia florenorum in immediate subsequenti festo eodem purificationis et sic duo milia**

**158 - florenorum anno revoluto in dicto festo quolibet anno usque ad sex annorum terminum inclusive solvere tradere et assignare realiter et cum effectu domino dalphino supra dicto vel ejus certo nuntio vel mandato seu cui vel quibus eodem**

**159 - domino dalphino placuerit ordinare. De quibus quidem duodecim milibus florenis ut supra describitur dicto domino dalphino exsolvendis prenominati syndici procuratores et persone quibus supra nominibus inter se et cum dicto domino nostro dalphino ipse que**

---

<sup>5</sup> Le mot est présent dans la transcription de Fauché-Prunelle mais manque dans le document de Briançon. Cette lacune est signalée par le même signe que l'on trouve à la ligne 1.

**160 - dominus dalphinus cum eisdem convenerunt pactaverunt concesserunt et concordaverunt in hunc modum videlicet quod universitates castellaniarum Brianconii Quadratii Vallis Pute Sancti Martini et Queyrerie et a colle montis Jani citra de dicta**

**161 - quantitate solvenda dictis terminis solvere debeant cum effectu octo millia florenorum et universitates castellaniarum Sesane Ulcii Salabertani Exiliarum Bardonechie et Vallis Cluzonis et a colle predicto ultra etiam solvere debeant cum effectu qua**

**162 - tuor milia florenorum sub juncta tamen conditione conventa et expressa inter dictos syndicos procuratores ac personas universitatum castellaniarum Sesane Ulcii et Salabertani ex una parte et dictum dominum dalphinum ex altera concessaque per eundem dominum dalphinum**

**163 - quod si forsan universitates vel persone dictarum castellaniarum Bardonechie Exiliarum et Vallis Cluzonis dissentirent premissis et contributioni seu solutioni dictorum quatuor milium florenorum cum dictis universitatibus castellaniarum Sesane Ulcii et Salabertani**

**164 - eo casu dicte universitates castellaniarum ipsarum Sesane Ulcii et Salabertani duo milia florenorum tantummodo de summa et dono predictis prefato domino dalphino vel ejus ordinationi vel mandato ut predictum solvere teneantur aliis universitatibus**

**165 - predictis castellaniarum Bardonechie Exiliarum et Vallis cluzonis eo casu exclusis a gratiis libertatibus et omnibus supra dictis pro quibus in casu hujusmodi duo milia florenorum de summa predicta XII milium florenorum concessa dicto domino dalphino ut predicatur detrahan**

**166 - tur. 38 Ceterum animadvertens dictus dominus dalphinus quod in contractu hujus modi superius inter cetera est expressum quod universaliter omnes bayllivie Brianconesii mittere debeant mandati vel requisiti ad cavalgatas dalphinales quingen**

**167 - tos clientes munitos armesiis superius declaratis volens ipsis hominibus suis Brianconesii pro dictis armesiis emendis et habendis tenendis et custodiendis subsidium atque gratiam facere specialem liberali sua gratia dedit et**

**168 - concessit dictis suis hominibus hac de causa mille florenos auri de summa duodecim milium predictorum quos mille florenos idem dominus dalphinus esse vult et concedit intelligi de primis solvendis in primo termino superius**

**169 - declarato. Qui quidem dominus dalphinus volens premissa omnia universa et singula ut superius per eum sunt concessa donata declarata confirmata quitata ordinata atque statuta semper et perpetuo inviolabiliter observare pro se**

**170 - suisque heredibus universis et successoribus singulis bona fide promisit dictis sindicis procuratoribus et personis michique notario publico infra scripto presentibus sollempniterque stipulantibus et recipientibus vice nomine et ad opus dictarum universitatum**



**171 - et cujus libet earum personarumque earumdem presentium et futurarum et jurare voluit ad maiorem firmitatem et juravit supra sancta Dei Evangelia ab eo corporaliter manu tacta ea omnia universa et singula semper et omni tempore**

**172 - rata grata et firma habere servare et tenere et nunquam contra facere vel venire aut ea infringere quoquo modo nec alicui contravenienti seu venire volenti consentire juris vel facti aliqua ratione nec non**

**173 - idem dominus dalphinus pro se et suis ut supra ad securiorem cautelam et observantiam omnium et singulorum premissorum ex nunc pro in perpetuo mandat et precipit districte per hujus instrumenti tenorem omnibus universis et**

**174 - singulis bayllivis iudicibus procuratoribus castellanis notariis mistralibus et mayneriis seu servientibus ac aliis quibuslibet officialibus dalphinatus specialiter Brianzonesii presentibus et futuris et cuilibet eorumdem *quathenus* predicta**

**175 - omnia universa et singula in singulis suis membris et capitulis prout cum bono intellectu et favore dictorum hominum et universitatum Brianzonesii superius sunt expressa et in omnibus suis partibus eisdem universitatibus**

**176 - earumque singulis personis presentibus et futuris observent custodiant firmiter et inviolabiliter exequantur nullathenus quovis exquisito colore directe vel indirecte in contrarium faciendo nec etiam per quemvis alium quicquam**

**177 - fieri in contrarium aliquathenus patiantur et de predictis prefatus dominus Humbertus dalphinus voluit concessit et precepit dictique syndici procuratores et persone nomine et ad opus dictarum universitatum et singularum personarum ipsarum**

**178 - petierunt et requisierunt per me notarium infra scriptum unum vel plura cuilibet ipsorum et tot quot habere voluerint ejusdem tenoris fieri publica instrumenta per que premissa omnia singula fiant omnibus manifestata. Volens**

**179 - mandans et concedens dictus dominus dalphinus quod hujus modi per me subscriptum notarium grossanda atque signanda instrumenta gratis per dalphinali cancellarium sigillentur que sigilla si postea frangerentur in**

**180 - toto vel in parte mala custodia vel aliter nichilominus illis instrumentis et etiam instrumentis inde conficiendis que sigillata non erunt adhibeatur in omnibus et per omnia fides plena et consimilem obtineant in omnibus effica**

**181 - ciam et virtutem *mentione presenti et recipienti instantibus*<sup>6</sup>. Actum et acta fuerunt hec apud Bellumvidere in Royanis dyocessis gratianopolitani in dalphinali castro presentibus reverendo in Christo patre domino Johanne Dei gratia**

**182 - episcopo gratianopolitano venerabilibus et nobiles viris dominis Lenczone de Lempis decretorum doctore priore Sancti Donati Johanne de Altavilla legum doctore Guigone et Reymundo Falavelli Francisco de Cagnio Reymundo Chaberti Guigone**

---

<sup>6</sup> Les cinq mots *mentione presenti et recipienti instantibus* sont séparés par des signes. Ils sont absents de la transcription de 1788, tout comme de celles de Secousse et de Fauché-Prunelle

**183 - Borelli petrus seniore Petro Durandi de Cabialo jurisperitis consiliariis dicti domini dalphini Daniele Motheti notario de Brianczonio et Durando Croseti de Quadratio pluribusque aliis vocatis et rogatis testibus specialiter ad premissa.**

**184 - Et ego Guigo Frumenti de Gratianopoli publicus apostolica et imperiali domini francorum regis et dalphinali auctoritatibus notarius premissis omnibus et singulis dum agerentur inter partes**

**185 - predictas prout superius in hoc presenti publico instrumento sunt descripta una cum testibus superius nominatis interfui rogatus et requisitus ab ipsis partibus hoc publicum instrumentum inde recipi**

**186 - quod auctoritate michi concessa per dictum dominum dalphinum in hiis duabus pellibus colla junctis scribi feci factaque collatione diligenti cum protocollo meo hic in hoc presenti publico instrumento me subscripsi propria**

**187 - manu fideliter et signo meo consueto super coniuncturam pellium in tribus locis et ante hujus modi subscriptionem meam in uno loco signavi in fidem et testimonium veritatis.**

**188 - Nos itaque Humbertus dalphinus viennensis memoratus premissa omnia et singula confitentes et asserentes fore vera ut superius scripta sunt et narrata huic presenti publico instrumento inde facto sigilli nostri anuli secreti apposuimus impressuram. Et illud**

**189 - instrumentum sigilli nostri maioris fecimus munimine roborari ad maiorem fidem et certitudinem rei geste.**

**NOTA : Fauché-Prunelle (op.cit.) précise que « la minute [conservée aux Archives départementales de l'Isère] ne contient pas les deux derniers alinéas qui précèdent; ils ont été ajoutés par le notaire à la fin de la première grosse qu'il a expédiée aux Briançonnais (sur deux grandes peaux collées ensemble) et qui existe encore dans les archives de la ville de Briançon ».**